

1226

1298 d. 5 April.

Linköping.

Biskopen i Linköping LARS II:s Skyddsbref för Chorgodsens åboer och befrielse från Biskops-  
utskylder.

A. 6. a. 2. 37.

Omnibus presentes litteras inspecturis, LAURENCIUS dei gracia Episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus vniuersis, Quod uillicos & colonos choralium cum bonis eorum omnibus mobilibus & immobilibus familiis quoque & personis ceteris in eisdem bonis commorantibus sub nostre recipimus protectionis gratiam specialem. volentes quod villici predicti & coloni cum familiis & personis memoratis, in causis quibuscumque nobis uel nostro iuri debitis, ab impetitione & molestacione exactorum nostrorum liberi sint penitus & exempti. Ita tamen quod canonicus qui eis pro tempore prouidere habuerit, cum deliquerint uel euicti fuerint pro causis ad nos spectantibus emendas nostro nomine recipiat ab eisdem. Quicumque igitur ipsos aut aliquem ipsorum contra premissa nostre fuicionis gratiam molestare siue impetere presumpserit, nostram absque dubio senciet vlcionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum lincopie Anno domini. M°. CC°. XC. VIII°. In vigilia pasche.

Några stycken af sigillet äro qvar.

1227.

1298 d. 16 April.

Upsala.

Ärke-Biskopen Nils i Upsala vidimation af Fru Ragnfrids salubref på gods till Upsala Dom-  
kyrka.

A. 3. a. 4: 13.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos vidisse ac diligenter perspexisse litteras infrascriptas, non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas Tribus sigillis signatas, quorum primum secundum sui superscripcionem videbatur esse domine ragnfridis Gozstawi filie, alterum domini øari canonici ecclesie nostre vpsalensis, Tercium vero domini Eruasti bone memorie, canonici quondam eiusdem ecclesie nostre vpsalensis quarum litterarum tenor per omnia talis erat, Omnibus &c. *Se N:o 1156.* Nos autem in premissorum euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Datum apud vpsaliam anno domini M°. CC°. XC°VIII°. feria Quarta jnfra octavas pasche.

Sigillet på den ur brefvet klippta remsan skadadt.